

Certamen Mediolanense 2022

SENIORES

001 *Nel brano che segue, Quintiliano discute se la scuola debba essere in presenza o no, ovvero se debba svolgersi privatamente, fra le pareti domestiche, a cura dei genitori di un allievo, o presso una scuola, a contatto con altri studenti.*

Hoc igitur loco tractanda quaestio est, utiliusne sit domi atque intra privatos parietes studentem continere, an frequentiae scholarum et velut publicatis praeceptoribus tradere. Quod quidem cum iis a quibus clarissimarum civitatum mores sunt instituti, tum eminentissimis auctoribus video placuisse. [...] Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate et in media rei publicae luce vivendum est, adsuescat igitur iam a tenero non reformidare homines neque illa solitaria et velut umbratica vita pavescere. Excitanda mens et attollenda semper est, quae in eius modi secretis aut languescit et quendam velut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persuasione: necesse est enim nimium tribuat sibi qui se nemini comparat. Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole et omnia nova offendit, ut qui solus didicerit quod inter multos faciendum est. Mitto amicitias, quae ad senectutem usque firmissime durant, religiosa quadam necessitudine inbutae: neque enim est sanctius sacris isdem quam studiis initiari. Sensum ipsum, qui communis dicitur, ubi discet, cum se a congressu, qui non hominibus solum sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit?

Rispondi alle seguenti domande, individuando, prima di fornire la risposta (in italiano), la frase da cui hai dedotto le informazioni che ti servono, e trascrivendola (in latino) sul foglio che ti è stato fornito:

1. Su quali *auctoritates* poggia la tesi sostenuta da Quintiliano?
2. Perché è opportuno che fin da subito ci si abitui a rapportarsi con gli altri?
3. Da bravo retore, Quintiliano ama fare sfoggio di metafore e immagini figurate. Quale metafora utilizza per caratterizzare la vita pubblica e quale per la vita ritirata?
4. Quanti e quali sono, a detta di Quintiliano, i rischi che comporta la vita solitaria?
5. Una nuova metafora viene utilizzata per indicare la debolezza di chi ha studiato senza confrontarsi con altri allievi; quale?
6. Quale relazione stabilisce questa nuova metafora con le precedenti?
7. Quale giudizio esprime Quintiliano sulle amicizie nate durante gli studi?
8. A quale area semantica fa riferimento Quintiliano per descrivere queste amicizie?
9. Quale esempio viene scelto per mostrare come la vita comunitaria sia necessaria per tutti?

002 *Nel brano proposto in precedenza, Quintiliano ha usato, come s'è visto, l'immagine degli animali messi a confronto con il comportamento umano. Nel brano che segue, Seneca utilizza invece l'addestramento animale come metafora per l'atteggiamento che il sapiens è in grado di adottare nei riguardi della vita.*

Sunt domitores ferarum qui saevissima animalia et expavescenda hominem pati subigunt nec, asperitatem excussisse contenti, usque in contubernium mitigant: leonis faucibus magister manum insertat, osculatur tigrim suus custos, elephantum minimus Aethiops iubet subsidere in genua et ambulare per funem. Sic sapiens artifex est domandi mala: dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, ubique horrenda, cum ad hunc pervenerunt, mansueta sunt.

Traduci le parole di Seneca sul foglio che ti è stato fornito.

003 Anche Erasmo da Rotterdam utilizza gli animali come modello della capacità di apprendere che li caratterizza, e che quindi caratterizza, a maggiore ragione, gli esseri umani:

Tota vero ratio felicitatis humanae tribus potissimum rebus constat, natura, ratione et exercitatione [...]. Errant qui credunt naturam nullas homini notas addidisse, quibus colligi possit ingenium, peccant vero qui datas non observant. Tametsi, meo quidem iudicio, vix ulla est disciplina, ad quam hominis ingenium non docile nascatur, si praeceptionibus et exercitatione institerimus. Quid enim non discat homo, cum elephante institutione fiat funambulus, saltator ursus, et scurra asinus? Quem ad modum igitur natura nemini sua in manu est, ita docuimus esse, in quo naturam aliquo pacto valeamus adiuvere. Ceterum ratio et exercitatio tota nostrae est industriae. Quantum valeat ratio, potissimum illud declarat, quod cotidie videmus machinis et arte tolli onera quae nullis alioqui viribus moveri poterant. Quantum autem habeat momenti exercitatio, satis arguit illud cum primis celebre prisci sapientis dictum, quod curae ac meditationi tribuit omnia. Ac ratio quidem requirit docilitatem, exercitatio laborem.

Di seguito, trovi una riscrittura parafrastica delle parole di Erasmo. Avvalendoti del confronto fra i due testi, riempi gli spazi vuoti della parafrasi con uno dei vocaboli che trovi elencati sotto (indicare il numero)

Hominum felicitas ex tribus condicionibus **A** _____: ingenio, mente, institutione. [...] Illi qui **B** _____ nihil naturaliter proprium unicuique homini inesse, ex quo eius ingenium **C** _____, in errore gravi **D** _____, in graviore autem qui proprietates ostentas **E** _____. Tamen, mea quidem sententia, nulla est disciplina, quam hominis intellectus non discat, cum praeceptis atque exercitationibus bene **F** _____. Num quid esse potest, ad quod docilis homo non sit? Nonne elephantem ad hoc eruditum per funem ambulare videmus, ursum saltatorem factum et asinum risum a spectatoribus captare corporis gestibus et motibus? Cum nemo naturae potestatem **G** _____ tamen satis explicatum mihi videtur quomodo aliquam vim in eam habere possimus. Ratione enim atque exercitatione uti omnino in nobis stat. Quae sit rationis humanae praestantia clarissime nobis **H** _____ machinae et instrumenta, quibus pondera attolluntur, quae humanis viribus extolli non poterant. Praeterea, quantum exercitatio valeat perspicue **I** _____ cuiusdam antiquissimi sapientis illud clarissimum, adfirmans omnia e ratione ac diligentia pendere: illa autem studium ad discendum **K** _____, haec laborum patientiam.

01. habeat	02. illustrat	03. instituatur	04. pendet
05. percipiatur	06. postulat	07. existimant	08. negligunt
09. ostendunt	10. versantur		

004 Il parallelo con il mondo animale ritorna in una serie di passi nei quali Erasmo mette a confronto uomini e bestie, indicando, a seconda dei casi, come entrambi abbiano bisogno di buoni maestri e di una buona educazione per rendere al meglio nella vita; oppure, come proprio l'educazione e il rapporto stretto che si instaura fra discipuli e magistri sia ciò che distingue l'uomo dagli animali.

01 Quodque animal minus est aptum disciplinis, hoc plus habet nativae prudentiae. Apes
02 non discunt condere cellulas, colligere succum, conficere mel. Formicae non
03 instituuntur ut aestate congerant in cavum unde per hiemem victitent, sed haec
04 omnia naturae aguntur instinctu. At homo nec edere, nec ingredi, nec fari novit, nisi
05 doctus. [...] Efficax res est natura, sed hanc vincit efficacior institutio. Non hic recinam
06 tibi nulli non decantatum exemplum Lyncurgi, quo producente feram in spectaculum,
07 catulus alter, generosi generis sed male educatus, cucurrit ad cibum, alter, ex
08 parentibus ignavis ortus sed diligens educatus, relicto cibo ad feram insiliit. [...]
09 Verissimum est hominem nec philosophia nec ullis disciplinis instructum animal esse
10 brutis aliquanto deterius. Siquidem pecudes naturae affectibus obsequuntur, homo
11 nisi litteris ac philosophiae praeceptis formetur, in affectus plus quam ferinos rapitur.
12 Nullum est animal efferatius aut magis noxium homine, quem agit ambitio, cupiditas,
13 ira, invidia, luxus, et libido. Proinde qui filium non curat optimis disciplinis
14 imbuendum, nec homo est ipse, nec hominis filius.

Indica, apponendo una crocetta dove ti pare opportuna, quali delle seguenti affermazioni sono da ritenersi vere o false, sulla base del testo proposto:

	VERUM	FALSUM
Natura omnibus viventibus ostendit quomodo, etiam si indocti sint, debilitatem vincere possint		
Exemplum de Lyncurgo traditum non raro ab auctoribus antiquis narratum est		
Oves tam bruta animalia Erasmo videntur ut iussa naturae semper sequantur		
Homo suapte natura deterrimum animal ab Erasmo iudicatur		
Qui filios male instituunt humanam naturam exuunt		

Erasmo offre complessivamente tre esempi. Nelle frasi che seguono, scegli l'opzione che ti sembra corretta

- Apes et formicae similes / dissimiles hominibus ei esse videntur
- Canes a Lyncurgo in spectaculum producti similes /dissimiles hominibus ei esse videntur
- Pecudes naturae obsequentes similes /dissimiles hominibus ei esse videntur

Scegli l'opzione che ti sembra corretta in relazione al brano di Erasmo che hai appena letto:

Prudentia (l. 01) significat: □ metus; □ peritia; □ scientia □ timiditas

Edere (l. 04) significat: □ dicere; □ parere □ aliquid in lucem producere □ cibum assumere

Recinere (l. 05) significat: □ respondēre □ frequenter dicere □ adhuc iterare □ resonare

Ignavi (l. 08) significat: □ inertes □ pigri □ ignobiles □ impigri

Insilire (l. 08) significat: □ adgredi □ investigare □ olfacere □ psallere

Affectus (l. 10) significat: □ habitus □ morbus □ sententia □ usus

Imbuere (l. 13) significat: □ adhibēre □ domare □ docēre □ supplēre

005 Sul foglio che hai ricevuto, scrivi una didascalia in latino per ciascuna delle seguenti immagini, usando anche le parole che hai letto nei testi precedenti

